

De sancto

mentum. Beati igitur Othmari corpus ad monasterium beati Galli delatum multis ibidem precedentibus et consequentibus miraculis feliciter et honorifice requiescit.

De sancto Conrado.

Sanctus contra
 dus de nobilibus parentibus in Alemannia genitus et educatus est. Hic quia multe honestatis et honorum morum advocatus: a nothingo ecclesie constantiensis episcopi totum episcopatum auditoris prefecit causatum. Succedente autem tempore in prepositum maioris ecclesie eligitur. Nothingo autem episcopus viam universae carnis ingresso. vocat sanctus Udalricus ecclesie augustensis episcopus et ab ipso corpus defuncti episcopi sepelitur. Qui clero et populo triduanum indixit ieiunium ut benignitas dei illi ecclesie daret placentem sibi assistentem. Statim igitur die quo ad electionem vel potius communem inspirationem de episcopo procedendum fuit: sanctus Udalricus describit ipsum prepositum beatum Conradum talem esse: sicut apostolus. i. ad Thimotheum. iij. oportet esse episcopum irreprehensibilem unius uxoris virum. sobrium. ornatum. prudentem pudicum. hospitalem. doctorem non vino lentum. non percussorem. sed modestum. non linguosum. non cupidum. sine domini beneficii prepositum. filios habentem subditos cum omni castitate. si quis domini sui posse nescit quomodo ecclesie dei diligentiam habebit. non neophytum. non in superbiam elatum: ne in iudicium deditur dyaboli. Oportet autem testimonium habere bonum ab hijs qui foris sunt: ut in obprobrium non incidat et in laqueum dyaboli. Item ad Titum. i. sic ait. Oportet esse episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem et sequi. et eos qui contradicunt arguere. Huius omnibus coram multitudine assecutus Udalricus de ipso recitavit: omnes ibidem consenserunt. Unde ibidem rapitur. trahitur. Quis plurimum renitens episcopus instituit. In cathedrali ergo insula sublimatus sanctus Conradus prin-

Conrado

cipalem sancti dei martiris ecclesiam ditavit reliquijs preciosis et ornata maximo. Insuper tres construxit ecclesias. unam in ciuitate Constantiensi. duas extra. In quarum una videlicet ecclesia beati Mauricii sepulchrum domini nostri Iesu christi simul illi quod est in Iherusalem cum multa diligentia constructi procuravit. Ubi etiam duodecim prebendas clericis ibidem christo famulantibus in perpetuum instituit. Auxit nihilominus canonicorum numerum maioris ecclesie cum allodio proprii patrimonij. Cupiens etiam idem vir sanctus cum apostolo corpus suum efficaciter castigare. tribus vicibus transiit versus sanctam ciuitatem Iherusalem in qua locum passionis christi et sepulture et resurrectionis simul et ascensionis in deuotione maxima visitauit. Postmodum apud castrum Laufen cum sancto Udalrico exiens. cum vidisset in ipsa turbine aque. per cellas hinc inde spumantibus aues introeuntes mergi et exeuntes. intellexit vir sanctus in spiritu duas animas fore sub specie allarum auium que ibidem ob scelerum suorum aliquanto commissorum multitudinem suam purgatorium sustineret. Itaque ambo visceribus misericordie monasterio Udalricus primam missam pro defunctis celebra re non distulit. Conradus autem ipsa die secundam missam similiter pro defunctis complete non pigritatis est: et sic in eorum deuotione et solenni altaris oblatione illarum auium species amplius non viderunt. Gebharde optimo aetate adolescenti qui casu super episcopi sedem confederat propheta tabat Conradus dicens. Premature sedem meam Gebharde occupasti mihi succedere qui prior te sedebat in hac cathedra. videlicet Gamelonus. Sanctus etiam Conradus inter missarum solennia post consecratione corporis et sanguinis domini nostri Iesu christi in die sancto pasche araneam lapsum in calice cum sanguine domini fiducialiter sumpsit. cuius terminans rite missarum solennium